



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 29. Battorius Cardinalis huic cessioni obluctatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI  
A. C. 1598.

Magnates convocat, ac coram Cæsare Legatis, quid inter se, & Imperatorem actum esset, exponens, illos, subditosque suos fidei juramento, quo ei hactenus obstricti erant, solvit, eosque in Cæsaris fidem jurare præcipit: his peractis Battorius, quamvis a multis Proceribus, præcipue a Michaele Valachiae Vayvoda, seu Præfecto, necnon ab altero Battorio rogaretur, ut mutata animi sententia in patria permaneret, & deinceps Christianam Rempubicam strenue tueretur, nihilominus cum exiguo comitatu, relicta uxore, & Provincia die decima septima Maji Jaurinum ad Mathiam Archiducem, inde vero Viennam, & Utratslaviam contendit, ibidem mense Junio exceptus.

§. XXIX,

*Battorius Cardinalis huic cessionis oblectatus.*

**A**beunte Sigismundo Rudolphus Cæsar pro felici hujus Provinciæ regimine necessaria stabilire sollicitus Maximilianum Archiducem Transylvaniæ Governatorem destinabat: mox vero percepto hujus cessionis nuntio Andreas Battorius Cardinalis Sigismundi Patruus in Poloniam ad Sigismundum advolat, adversus Maximilianum auxiliares copias postulaturus, utque eo facilius

Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.

cilius Regem ad sua vota inclinaret, exponebat, quod Maximilianus violata patrum fide Polonici Regni titulos sibi vendicaret. Subitanea hæc Cardinalis profectio, quo spectaret, Legatum Pontificium, qui tum in Cæsaris aula agebat, minime latebat, hinc ut imminenti belli calamitates præverteret, ac Poloniæ Regem, regnique Proceres summo Pontifici obstringeret, Rudolpho Cæsari auctor extitit, ut Maximilianus Poloniæ Regis titulum abdicaret, sinceroque animo Polonis reconciliaretur, cum exinde sperandum esset, quod Sigismundus Rex primævo naturæ beneficio pacis studiosus facile Andream accepto consilio dimoveret, hic vero Polonorum ope destitutus a rebus in Dacia innovandis abstineret. Verum pia hæc consilia per ipsam Battorii levitatem penitus everfa fuere,

§. XXX.

*Sigismundus Battorius pœnitentia ductus, atque in Transylvaniam reversus.*

Vix Sigismundus per aliquot dies in Silesia morabatur, cum illico prætermæstam amplissimi imperii temere relictæ recordationem pristinæ potentæ defideria, ac præsentis conditionis tædia

Thu. l. 122.

*Hist. Eccles. Tom. LII.*

X ipsius